



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

7. De Peccatis, corumq[ue] effectis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

De Peccatis.

MEDITATIO I.

De gravitate peccatorum ex parte
Dei.

1. **C**ONSIDERA Peccatum secundum B. Augustinum, esse dictum factum, vel concupitum contra legem Dei, hoc est, prava ratione diuinae mandatorum.
2. expende, quantum malum sit, & idcirco summo studio cauendum quatuor de causis. Primo quia Deo maxime ex summo. *Odio est Deo impius*, ait Propheta, & *impunitas eius* 2. quia expiari non potuit nisi sanguine filij Dei 3. quia ex diabolo est, & diabolo acceptissimum *Qui enim peccatum facit*, ait B. Ioannes *ex diabolo est*, quoniam ab initio diabolus peccat. 4. quia nihil æquè homini noxium.
3. **C**ONSIDERA, vnde constet Deo esse exosum, nempe ex grauissimis quibus illud castigauit, pœnis, primo in angelis, deinde in hominibus. In angelis quidem, quos

PEC
quos vna
se: omni
creatione
vnam sup
pares di
ad reter
carcerem
ibi agant
facere,
possunt,
itate, r
diuina,
omnem
odio in U
dentes,
homines
niquè s
ratur, s
sint, secu
Co
bus Deu
mniū
sua mar
terraru
gratiæ
felicita
omniū
carat: h

quos vna cum principe Lucifero, cum esse omnibus naturæ & gratiæ donis in sua creatione ornati, Deoque gratissimi, ob vnam superbam animi cogitationē, quasi pares diuino numini esse vellent, de cælo ad reteritimum obscurissimumq; inferni carcerem deturbauit. 2. Considera, quid tibi agant. Nimirum, nec quicquam boni facere, nec quicquam mali omittere tibi possunt, perpetuo dolentes de amissa felicitate, tum naturali, qua beati fuere, tum diuina, qua esse potuerunt, desperantes omnem respiscendi facultatem, furentes odio in Deum, sibi g aues, nobis inuidentes, & omnibus fraudibus ac insidijs homines sanctos circumuenientes, ac denique flammæ sempiternas, quibus aduruntur, sed non consumantur, vbicunque sint, secum deferentes.

Considera quomodo in hominibus Deus illud castigat. Et primo in omnium hominum principe Adamo, quē sua manu formarat, cui imperium orbis terrarum detulerat, quē plurimis naturæ gratiæq; dotibus locupletarat, cui æternā felicitatē promiserat, & in paradyso loco omnium totius mundi pulcherrimo collocarat: huic enim vna cū coniuge sua, ob de-
cerptum

cerptum è medio paradisi contra manda-
tum Domini pomum de repente omnibus
gratiæ opibus exutum eiecit, è summa fe-
licitate ad summas misérias, ad laborem
manuum, ad sudorem vultus, & quod co-
gitantem reddat attonitum, totam cum
eo posteritatem, id est, omnes homines,
qui sunt, fuerunt, & futuri sunt vsque ad
mundi finem. Nam omnes huius seculi &
furi ærumnæ, vt peccatum originale, &
alia, morbi, paupertas, fames, bella, & da-
mnatio æterna ex illo solo Ade lapsu, pro-
dierunt. Cõsidera quam grauiter subin-
de variis seculis alia quædam peccata in
hominibus castigari; nam tempore Legi-
naturæ & Noe totum mundum perdidit
diluuio, Sodomam & Gomorham igne &
sulphure. Tẽpore vero legis scripta mur-
mur Dathan & Abiron, inobedientiam,
Saulis, & Dauid adulterium Acin noua,
mendacium Ananiæ & Sapphyre, notum

Act. 5. est, quã duriter puniuerit, & puniat quo-
tidie vel in vno peccato mortali dece-
dentes in hac vita, nempe æter-
nis inferni flam-
mis.

MEDITATIO II.

De gravitate peccatorum, ex parte Christi pro peccatis mortui.

CONSIDERA tantam esse peccatorum nostrorum gravitatem, ut filium Dei de caelis in hanc terram traxerit, & ad carnem humanam assumendam in qua pro iis expiandis pati posset commoverit. Nam cum malitia peccati lethalis sit infinita, utpote contra bonitatem Dei infinitam, non potuit nisi satisfactione infinita delicti. Unde vel infinita poena toleranda erat, quae in creaturam finitam convenire nequit, vel tempore infinito, sicut luunt damnati in inferno, vel infinitae dignitatis persona substituenda, quae actione aliqua infiniti meriti Deo satisfaceret; cuiusmodi fuit persona Christi, qui hoc negotium ex incredibili suo amore erga salutem nostram suscepit. 2. Considera inde consequi, sicut peccatorum sua peccata in inferno sedem parant, & sicut furi parant sua furta supplicium, sic peccata cuiusque nostrum Christo humanam carnem assumendi, & moriendi necessitatem attulisse.

CONSIDERA Christum, ut peccatorum nostrorum, quae in humeros suos suscepit,

Ff cepit,

cepit, grauitas magis eluceret, non solum vitam duxisse laboribus & afflictionibus plenissimam, sed etiã mortem sustinuisse omnium acerbissimam contumeliosissimamque, quo nõ solum infinitatem culpe, infinita satisfactione, (quod fieri poterat vna gutta sanguinis, vno gemitu, vna oratione, vno actu caritatis) plenè expiaret, sed etiam absolutissimo iustitiæ modo, id est, atrocissimo cruciatu & pena expiaret.

3. **CONSIDERA**, non inde magnitudinem peccati extenuari, quod non pro tantis solius, sed totius mundi peccatis Christus tam atrocia passus sit, sed potius declarati passionis virtutem. Vt enim si Solis huius clarissimi solus lucem & calorem percipias, nõ magis tibi soli ille lucebit, quam si eius splendore & ardore cū ceteris mortalibus perfruaris: vtque non minus hominem occidas, si solus eum gladio confodias, quam si decem alios ad eadem faciendam tibi adiungas, sic vnum peccatum mortale tuum, ad quod expiandum necessaria erat passio filii Dei, non est minus causa passionis Domini, quam si eum reliquis peccatis totius mundi cogitetur coniunctum. Nec minus utilitatis nobis adfert

adfert passio Christi pro totius mundi peccatis suscepta, quam si pro te solo eandem suscepisset.

MEDITATIO III.

De gravitate peccatorum ex parte demonum, quia eis maxime placent.

CONSIDERA, inde quoque cognosce peccati, maximè mortalis sceleritatem, & ideo magnopere esse fugiendum, quod nihil æquè exhilaret antiquum nostrum hostem diabolum: quod ex tribus signis colligitur. Primum est, quia in tota rerum natura non aurum, non argentum, nō lapides pretiosos, nō cibi potusue lautitias querit, sed tantum animas, quemadmodum in Genesi adumbratur, ubi dicit rex Sodomorum in persona diaboli. *Da mihi animas, cetera tolle tibi.* Ita enim B. Gregorius exponit. Animas autē capere nō potest, nisi laqueo peccati lethalis. Quam autem anima semel esca peccati capta exhilaret dæmonem, B. Anselmus declarat exemplo pueri, qui filo alligatam auiculam manu retinet & si quādo laxato fune longius auolare eam permittat, tamē illico cum magno gaudio & risu retrahit.

ff s CON-

2. CONSIDERA alterum signum, ex quo cognoscimus dæmonem amare peccatū, nempe assiduas tētationes, quibus hominem oppugnat: nunquam enim fatigatur in eo ad peccatum sollicitando. Sex iam millia annorū sunt, quod huic vni studio incūbat quo homines peccare faciat, no- uosque quotidie modos delinquendi excogitet, & quo plures in errorem inducit, hoc alacrior & ardentior ad tētationes augendas redditur; quemadmodum colligitur ex libro Iob. Cum enim Deus illum rogasset, vnde veniret, respondit. *Circū-*

Iob. 1. terram, & perambulauit illam. Adeo enim occupatus est in peccato promouendo, ut dormiendi tempus illi non suppetat, sicut

Iob. 30. testatur Iob, cum ab eo tentaretur. Qui me comedunt, inquit, non dormiunt.

3. CONSIDERA tertium signum, vnde liquet dæmoni acceptissimum peccatum: nempe, quia nunquam eo potest faceri. Licet enim infinita hominū millia, propter impietatem, & peccatorum fæditatem hactenus in tartara præcipitata sint,

1. Pet. & indies præcipitentur, non tamē fames

5. eius expletur, sed pergit circuire sicut Leo rugiens, quærens quem deuoret, ut loquitur

40. Apostolus Petrus. Absorbebit fluvium, ait Iob. 40.

DE
PECCAT. GRAVITATE. 453

Iob, & non mirabitur, habebit fiduciam,
quod Iordanis influet in os eius Os eius in-
fernus est, fluvius in illud influens sunt
peccatores, qui magno cum impetu, velut
rapidissima flumina, hiatu inferni absor-
bentur. In vitis Patrum narratur princi-
pem dæmoniorum summo honore satel-
litem quendam suum dæmonem affecisse
& in throno regio collocasse, quod mo-
nachum quendam, cui per quadraginta
annos insidias struxerat, ad vnum luxuriæ
peccatum pertraxisset. 2. Considera, sicut
mali angeli magnopere ex lapsu hominis
exhilarantur, sic contra bonos angelos
summopere lætari hominis conuersione.
Gaudent enim super peccatore, vt est apud Luc.
B. Lucam, poenitentiam agente. 15.

MEDITATIO IV.

De gravitate peccatorum ex parte
effectuum.

CONSIDERA, animam tuam ad ima-
ginem & similitudinem Dei conditã,
dum perseuerat in gratia & amicitia Dei,
tam splendidam esse, totque donis spiri-
tibus ornatam, vt creator ipseus delecte-
tur habitare in illa. simulatque vero
peccatũ lethale consenserit, tam spurcã
Ff 3 abom 82

abominabilem reddi, ut peccator si copiam
eam videndi daretur, aspicere eam pro
horrore non possit. Nam omnibus benefi-
citiis diuinis spoliatur, & quum plurimis
malis obruitur. Quod ad beneficia attinet.
Primo Deus ab ea recedit. 2. perdit
ius gratiam & amicitiam. 3. familiaritatem
Spiritus Sancti. 4. participationem me-
torum Christi. 5. paternam Dei providen-
tiam. 6. virtutes infusas, & dona Spiritus
sancti. 7. pignus regni cœlestis. 8. Com-
munionem bonorum Ecclesiæ. 9. pacem
& securitatem conscientiæ, 10. meritum
& fructum omnium bonorum operum
ipsamque vitam æternam.

Confidera, quanta mala adferat con-
sensus in idem peccatum. Primo enim
Dei odium conciliat & iram. 2. turpissi-
mis sordibus animam conspurcat. 3. ream
efficit æternæ damnationis. 4. delet cili-
bro vitæ. 5. præsidio angelico destituit.
6. seruituri dæmonum subiicit. 7. remor-
sum affert conscientiæ. 8. periculum in-
grauiora peccata labendi. 9. obligationem
peccata desendi, pudorem confitendi, &
laborem pro iisdem satisfaciendi. 10. ho-

Psa. 48

minem commutat in bestiam, secundum
illud. *Homo cum in honore esset, non instil-*

218: 11

ut: similis factus est iumentis insipientibus.
 2. Considera, cum hæc fide Catholica ver-
 tissima esse credamus, quam horrible sit
 quod tam facilè in peccatum mortale la-
 bamur. Cum tamen ad nomen solum pec-
 cati mortalis ita exhorrescere deberemus
 ac si fulmen de cœlo caderet, vel si infer-
 nus ipse ad nos absorbendos dehisceret.

3.
 CONSIDERA, etiam peccato veniali
 Deum offendi, licet non tam graviter, vt
 propter illud gratiam suam nobis subtra-
 hat; & ideo pietatis amantibus est fugien-
 dū obsequentes eorū effectus. 1. quia ob-
 ligat ad pœnam huius vitæ, vel futuræ in
 Purgatorio. 2. animam nonnihil detur-
 pat. 3. minuit caritatis feruorem, sicut a-
 qua flammâ. 4. animi vires debilitat, si-
 cut onus ambulante. 5. retardat gloriam
 æternam. 6. minuit meritum & gloriam
 vitæ æternæ. 7. disponit ad peccatū mor-
 tale. 8. obstaculum ponit nouæ gratiæ.
 9. impedit deuotionem in orando, & pro-
 gressum in vita spiritali, atque vt Deum
 non perfectè amemus. 10. quia displicet
 Deo, & angelis. & ideo non licet peccatū
 veniale committere, etiam si spes affulge-
 ret totum mundum per illud conuertendū
 ad Christū. 2. Considera dicta Patrum.

ff 4 nam